[illegible] die 24 Septembris 1932 — R. Fortunatus De Santa

Spec. Apostat. Pag. — Die 28 Januarii 1906. — R.

Vaszi Maria nata die 13 Januarii 1883 e Susanna, alto
Csernaton in ditione Ungariæ et a quattuor mensibus huc
3. apud familiam David Cella transmigrata, a me infr.
Par. in catholica religione edocta, re prius per Nuntium
Pont. illius ditionis explorata, et obtenta die 15 huj. ab
Illmo ac Rdmo Vicario Generali Archidiœcesano facultate,
hodie in hac Aula Parochiali universo populo spectante
coram me infr. Par. ipsa novatorum errores abjuravit
fideique professionem juxta præscriptam formulam emi-
sit, deinde absolutionem ab excommunicatione in foro
externo a me accepit, postea ritu servato de Baptismo
adultorum a me quoque sub conditione baptiza-
ta est Mariæ nomine imposito, Osvaldo De Santa mei
fratre et Anna D'andrea nupta Angelico Cella patrinis.
Denique ad confessionalem pro absolutione conditio-
nata præmissa confessione perrexit, et reversa ad al-
tarem matrimonium cum Petro Cella celebravit utris-
que tandem in Missa, congruo sermone a me præ-
misso ad sacram Synaxim accedentibus.
Hæc omnia, Deo præstante rite ac devote persoluta
sunt nullo absque incommodo, imo cum maxima
adstantium ædificatione.

R. Fortunatus De Santa